

Pietro Zoppo di Marsico

XXVII 8

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Pietro Zoppo di Marsico

XXVII 8

1148-05

In nomine domini nostri Ihesu Christi anno ab incarnatione eiusdem millesimo centesimo quadragesimo octavo mense medio indictione undecima.

Ego quidem Petrus Zuppus filius quondam...de civitate Marsici declaro quondam presentis quae bonorum hominum subscriptorum testium bona mea voluntate puraque consientisque pro salvatione animarum meae meorumque defunctorum parentum obtuli ac per fustem tradidi ad ecclesiam Sancti Petri Tramutulae recipiendam oblationeque meae domini Iohannis Marsici cavensis monachi quantum michi pertinuit de terris per totam vallem eandem Tramutulae cum pomiferis arboribus et inpomiferis omnibus ibi meis pertinentis per uniusque predictam vallem recipiendam hanc offertionem huna cum Rogerio de domno Vito advocato suo ut amodo in monastero sint in potestate et dominio eiudem sancte matris ecclesie cum transitis et exitis ad faciendum exinde omnia que volueritis sine requisitione et contrarietate meae meorumque heredum omnia futuro tempore unde eiudem doomino Iohanni guadia dedi cum predicto suo advocato recipient et mediatorem posui scilicet marsicanum Vitum filium Petri de civitate predicta ut iam nec ego nec mei heredes venerimus ex inde super eandem mater ecclesie ullo modo ut ingenio et si aliquis homo inde de haec oblatio super eandem iamdicta ecclesia venerit ego vel mei heredes defendamus ipsam oblationem eiudem ecclesie ab omnibus hominibus et si haec omnia predicta disrumpere aut retraere quesierimus aut defensare noluerimus et per causationem vel legem intraverimus ex inde cum aliquo homo de eandem ecclesia rectoribus obligo me et meis heredibus componere eiusdem matris ecclesie

quadraginta aureos solidos bonos regales similitibus
in puplicis et que preleguntur adimpleamus invitis ...
nostro ipso mediatore qui licentia tribuit pignerare se et
suis heredibus per omnia pingnera illorum legitimis quae
ex inlegitimis sine calumnia et appellatione donec quod
super legitur inviatis impleremus

ex hunc brebe, offertionis et obligacionis scripsit
Hildemannus notarius qui interfuisse se confitetur mense
et indictione prelatis. # Ego Riccardus iudex # Ego
Iohannes filius Bisantii iudicis